



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 92. Mortui Cardinalis cadaver indigno modo habitum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

§. XCII.

Sæcul.XVI.

A.C.1551.

*Mortui Cardinalis cadaver indigno modo habitum.*

**C**æde peracta occisi Cardinalis corpus *Thuan. l. 9.*

per integros septuaginta dies in pavimento cubilis, ubi trucidatus erat, prostratum relinquebatur, quin vel ullus illud sepeliendum curaret. Evolutis hisce diebus Castaldus cadaver terræ mandari præcepit, ut vero tumultus in hac occasione fors exorturos præpediret, mox Didacum Vale-  
sium eo misit, qui defuncti corpus Martenii amicis tradidit. Hi ergo illud Wissenburgum deferri, atque in Ecclesia Cathedrali prope Joannis Huniadis Corvini Regis tumulum sepeliri fecerunt, erector quoque monumento, quod præfati Regis sepulcro haud absimile est. Postea omnia Cardinalis bona conscribabantur, & Ferdinandus, cum thesauros adeo amplos se repertorum speraret, ut inde totam Hungariam sibi subiucere, seque Solimano valide opponere posset, spe sua egregie delusus fuit; quippe patentibus ipsis etiam Martinii inimicis omnia illius bona nequidem bis centum quinquaginta aureorum millia æquabant. Porro Castaldus post Cardinalis obitum confestim arcem occupabat, atque licentiam Hi-

*Hist. Eccles. Tom. XLI. M spa-*



**Sæcul XVI.** spanorum, qui ibidem crudelem in mo-  
**A. C. 1551.** dum furebant, cohibebat, Lopezius  
 vero, qui Hispanos ad arcem introdu-  
 xerat, defuncti arcuam, in qua milles  
 aureos invenerat, eripuit, atque hujus  
 spolii partem militi distribuit, potio-  
 rem autem sibi vindicavit. Pervolve-  
 bantur quoque omnia Cardinalis Scri-  
 nia, ac literæ, & post exactissimam  
 quoque inquisitionem ne verbulum qui-  
 dem detegi poterat, quod ejus probita-  
 ti, atque innocentiae vel minimam la-  
 bem inurere potuisset. Denique Fer-  
 dinando in spolii prædam cessit dextera  
 defuncti auricula, quam Castaldus  
 Regi submiserat, postquam is ad tantam  
 inhumanitatem degeneraverat, ut ip-  
 sus etiam Cardinali aures amputaret.  
 Cum autem hujus Viri cædes Romano-  
 rum Regis existimationi haud exiguum  
 inferre posset maculam, hinc quanto-  
 cius divulgatis literis (\*) crudele hoc  
 facinus a culpa vindicare festinabat, fa-  
 mamque defuncti Cardinalis lacesse  
 fatagebat : verum Divinum Numen  
 sump-

---

(\*) Eiusmodi epistolam veluti a Roma-  
 norum Rege ad Synodi Tridentinæ Patres  
 scriptam recitat Nicolaus Psalmæus Episcopus  
 Virodunensis in Collectione Actorum, &  
 decretorum Concilii Tridentini parte prima fol.  
 mihi. 283.

sumpta de reis ultione palam fecerat, Sæcul. XVI.  
 quod diversum esset illius judicium de A.C. 1551.  
 hujus criminis atrocitate; quippe Fer-  
 rarius secretorum Minister Alexandriæ,  
 quæ ipsius erat patria, laqueo suspen-  
 sus periit, (\*) Moninus vero in Sub-  
 alpina Regione ad S. Germani oppidum  
 capite plexus est, ac Scaramancia qua-  
 drifariam dissectus obiit, nec minus Pia-  
 centinus Eques primo suscitata quadam  
 lite dexteram, qua Cardinalem feriit,  
 amisit, & paulo post inter venandum  
 in ipsius Ferdinandi conspectu cujusdam  
 apri dente disceptus periit. denique Pal-  
 lavicinus a Turcis captus diuturno car-  
 cere conficiebatur, tandem vero cate-  
 nis onustus Budam abducebatur, ubi  
 morte acerbiores insultus a Bassa, qui  
 eidem Præfulis mortem exprobrabat,  
 sustinere cogebatur: solius autem Ca-  
 staldi fatum ignoratur. (\*\*)

M 2

§. XCIII.

(\*) Thuanus l. 7. fol. 690. edit. Parif. 1604.  
 testatur, Ferrarium Alexandriæ sexto post an-  
 no securi fuisse percussum.

(\*\*) Circa hanc cædem juxta diversa scri-  
 bentium studia etiam varia sunt Auctorum ju-  
 dicia, non desunt, qui Georgii Cardinalis in-  
 nocentiam vindicant, dum alii ejus culpam  
 exaggerant: Non pauci Ferdinandum Regem  
 excusant; alii etiam illum tanquam justitiæ vin-  
 dicem